

Qua ratione stetit olim Libertas  
Religionis Evangelicæ, et quæ nunc  
illius facies in Polonia?

Olim, in POLONIA, Dignitates omnes et Senatoria Sub-  
 tellia, à primis ad imos usque, in secularibus, æquè pate-  
 bant Catholicis quam Evangelicis, uti Annales et Acta Pu-  
 blica testantur.

Nunc, inde ab Electione Joannis Casimiri Regis  
 Dissidentes ab Honoribus Senatorijs et Dignitatibus ma-  
 joribus prorsus sunt exclusi, quantumvis nulla Lex  
 ea super re lata fuerit.

Olim, unicuique Nobili Evangelico liberum erat, in bonis 2.  
 suis Ecclesiam suæ fidei erigere, Ministrum ad peragenda Sa-  
 cra pro Arbitrio ritè vocare, Religionis Offià oia, quocumque  
 in Ecclesia Evangelica nomine veniant, cum usu Campanarum,  
 Administratione Sacramentorum, deductione Funerum, plenissi-  
 mæ cum libertate et tuto exequi. Item, vix ulla Ecclesia repe-  
 niebatur Evglica, cui Schola cum Discipulis et Ludimagistro  
 non esset adjuncta; qualis quidem Libertas adhuc in Majori  
 Polonia passim viget. Quir et Romano-Catholici Magnates  
 ac Nobiles, pro Subditis quibus gaudebant Evangelicis, in-  
 nis et Possessionibus suis, et Templorum et Scholarum con-  
 cedebant plenariam facultatem, uti adhuc in Majori Polo-  
 nia et Lithvania passim Tempia et Schola sub Catholico  
 Patrocinio exstant, Neque ulla Lex in contrarium est lata.

Nunc autem, nullus Nobilium in bonis suis No-  
 vam Ecclesiam, de nova radice, excitare audeat: Imò vio-  
 lentia Partis adversæ eo usque succrevit, ut ne reparare  
 quidem Aedes s. fatiscentes amplius liberum maneat. Lit-  
 te verò Catholicis aliquã cum Loci Patrono aut Mini-  
 stro suborta, vix aliq̃a terminatur rãone, nisi, ut Mini-  
 ster fugere cogatur, Templum vero Evangelicor̃, cum om-  
 ni Sacrorum Exercitio in perpetuum tollatur. Schola  
 verò, per totam Minorem Poloniam et Russiam ad unã  
 ferè exterminatæ sunt omnes. Et ut Ministri super-  
 stites omni exuerentur honore, vestitu decenti et Theo-  
logico ipsis interdichum, ut cultu à plebejorum vix  
se ne vix quidem abhorrente, incedere cogantur.